de officio deleg. Vbi dicitur, ꝙ quãdo com mittitur aliquid expediendum: reliqua omnia ſine quibus illud expediri nequit, videntur conceſſa. Hæc verbo Abſolutio. 2. ante dubia.

¶ Ex his omnibus conceſsionibus colligitur, fratres Minores, [& per conſequens õnes Mendicantes] Moniales Sanctę Claræ, ac Tertiarios poſſe abſolui plenariê ab omnibus peccatis, & cenſuris ſemel in vita, & in articulo mortis. Item quater in anno diebus quibus maluerint, & in feſtis Domini Sabbaoth, & B. Virginis Mariæ, omniumq; Sanctorum, & Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Sancti Franciſci, Sanctę Clarę, Sanctæ Catherinę, & per totam maiorem hebdomadam, de conſenſu tamẽ ſuorum pręlatorum.

¶ Frater Emanuel. tom. 1. qq. regularium q. 62. art. 11. aduertit ex Collectore, & Corduba, ꝙ quo ad lucrandum indulgentias, & ſimiliter quo ad abſolutiones à cenſuris, ſecûndum quod conceditur in ipſis priuilegiis quo ad hoc, ſaltem in foro conſcientię bene poſſunt fratres vti prefatis conceſsionibus, ſine licentia ſuorum Prelatorum, non autem quo ad abſolutionem à caſibus reſer-

uatis